



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XI. Die Ianvarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

Oratio.

lam stitit, & quæ amiserat, licet in tenebris recepit. Ad leges accuratè seruandas mirificè diligens, licet præesset, ac aliqua sibi eò licere putare posset.

P. IOANNES  
DECKERIUS.

Belga Græcij, 10. Ian. 1619.  
Cassa modesta.

Virginitatem, quæ illi perpetua fuit, vsque ad vitæ metas, emendatissimâ & manus potissimum ac oculos verecundè componente modestiâ sanctè vbique ornabat. Compertum est Neapoli, vbi tyrocini ac ac Theologiæ operam dedit, quò se Ioannes in lachrymas, quibus affluebat laxaret vberius, cubiculum illi datum in quo sine socio degeret. Mortis quadam præensione cum vltimum sacrificasset, illud vltimum fuisse Sacrum dixit, & verò fuit. Nam deinceps illi per ea quæ pariebatur valetudinis incommoda sacrificare non licuit. Opus ingens magno quadraginta annorum studio elaboratum & luce dignum; cum tenebris damnari videret à quibusdam, dixit se id æquo animo ferre; neque turbandum si à Superioribus in ignem torum illud opus conijcere iuberetur. Duo Belgæ ingenuè facti sunt, se ab illo paulò antequam mortem oppeteret accitos monitosque vt Græcij porro studere peigerent. Cum verò illi patriæ defi-

Oratio.

Mors.

Patientia.

Vaticinatio.

derium præ se ferrent, eorum alteri dixit, extra patriam moriturum; alterum verò è patriâ exulem in Germaniam rediturum, id quod euentus in vitroque firmavit. Morientis hæc suprema erant suspiria. Veni Domine IESV, veni, venio. P. Iacobum Tyrinum tunc adolescentem, fufis pro eo precibus, non sine singulari diuinæ prouidentia ductu, Societati lucratus videtur. A cœnula feriæ quintæ in Cœna Domini vsque ad prandium diei Paschatis ieiunus vixit, absconditus cum Christo Crucifixo in DEO.

Mors.

Vocatio.

Mors.  
Passio Christi

P. FRANCISCVS  
DA COSTA.

Magno animo, ingenio, doctrinâque, sed virtute maiore, inter paucos insignis, siue Romæ ac in Lusitaniâ: doceret, siue Eboræ præesset. Quinto ante obitum anno ex Italico itinere Massiliam cum diuertisset, in Sancto illo S. Mariæ Magdalena ergastulo, post longas & multis cum lachrymis fufas preces socio dixit, se non nisi quinque annis victurum. Prædictionis veritas è morte post quinque annos inter admiranda, & inflammata cum DEO colloquia obita, manifestò apparuit, S. Mariâ Magdalena mortis tam piæ vt olim nuncia, vti credimus, ita etiam postea adiutrice.

Lusitanus  
Conimbricæ  
10. Ian. 1614.  
ætat 48.  
Societas 27.Mors.  
S. Mariæ  
Magdalena.

Oratio.

XI. DIE IANVARIII.

P. FRANCISCVS  
PINTUS.

Indus occisus in Brasilia 11. Ian. 1608.

Angaræ in Tertia à bono IESV dictâ insula natus, in Societate spiritualis Coadiutor, & Brasiliæ per annos triginta magister A-

postolicus, atque orandi vt audis, ita sciens fuit. Eum anno 1582. in Bahyensi Collegio ægrum, & iam de spe vitæ depositum P. Iosephus Anchieta Prouincialis allocutus, iussit se ad magnos pro Deo labores parare: nec enim leuem manuum lotionem præcessuram prius quam æternæ ac cele-

Fides.



*Eucharistia.*

sti mensæ acumberet. Confestim ergo vestes illi porrigi præcepit, ac dixit: *Surge, age: atque ad Sanctissimum Sacramentum te confer, gratias Deo pro sollicitate hac redditurus.* Surrexit obedienter Franciscus repentinò sanus: templum adiit; gratias egit. Postmodum ad barbaros Tapoias missus, per famem, sitim, frigora, per aperta securibus ardua & impedita itinera ad Ibiapanos vnà cum P. Aloysio Frigheria penetrauit. Sed cum obstinatè peruicaces illas ceruices Christi iugo per nullas artes posset subigere, ac illi æterni Euangelij præcepta inuiti audirent: hoc die (vt habet Index MM) ab irruentium globo repetitis ictibus veſte lignea est interemptus maxillis contractis, excussis oculis, cranio comminuto, in desertis Ibiapanæ montibus, eo ipso tempore quo operam dabathoris diuini Officij recitandis. Socio ad necem quaesito, nec reperto, scœuitia omnis in sacram supellectilem furenter effusa. Corpus, barbaris quoque deinde uenerationi fuit, quod dicerent, se beneficentiâ illius pluuiam è cælo inſicientes agros eli-

*Oratio.*

cere. Huius nempe mortis gloriam ei P. Iosephus Anchieta prædixerat sub simbolo manuum ante cæleste conuiuium lauandarum.

P. FRANCISCVS  
ALBERTVS.

**L**iteraturæ, ac virtutis exactæ vir, & Orientalium linguarum ap-primè peritus, eaque propter de plurimis præclare meritis. Smyrna peste afflicta illius charitatem luculenter experta suspexit. Eadem nauitas in Naxo insula eluxit: vbi cum epidemico malo afflatæ scœminæ opem ferre Sacerdos Græcus horreret, ipse adiit morientem, eamque Sacramentis expiauit, morbo lethali mox inde correptus. Aiunt qui morienti adfuerè, totum eius cubile (verba sunt epistolæ de illo conscriptæ) miro lumine per horam & ampliùs circumfulsisse; atque paulò post cum corpus terræ mandaretur, suauissimum perceptum fuisse odorem.

*Gallus in Naxo insula incerto die. 1691.*

*Charitas.*

*Mors.*

XII. DIE IANVARIII.

P. ANTONIVS  
MADRIDIVS.

**A**pastoricia vita ad Scholas transgressus, & Salamanticæ Theologiæ Doctor, in Societate postea cum vestem primam indueret mirabili gaudio delibutus, errorem correxit, quo putabat se non nisi mæltissimam vitam in Societate ducturum. Nunc verò aiebat se proximas cælestibus delicias experiri, qui ferè hæctenus in inferno vixisset. Asthma quo laborabat, vocabat suum op-

timam monitorem. In concione ardens & potens, prius in se scœuius desæuiebat, quàm in suggestum prodibat. Verum illi postea non nisi 15. ictus permitti à Beato Borgia, dicente; reliquum obedientiæ daret. Fertur, quodam die Compluti, plurimas flagitiosæ frontis feminas concioni Antonij adfuisse, atque vnà omnes ab obscœnitate suâ respuisse, in tuto mox portu castimonix collocatas. Dono la-chrymarum mirificè felix, in se excitando ac perurgendo flagrans, dicebat sibi: *Morere tibi: perpetua Dei laus vita tua sit: Orationis tempore sic utere, quasi*

*Concionator. Mortif.*

*Oratio.*

C 3

*calesti.*

*17. Ian. Hispanus Compluti. 1563.*

*Vocatio.*

*Lætitia spirit.*

*Morbus.*